

Chrysof. Cyrill. Theophyl. Ammon. Ambros. Theophyl.

acè centro terræ ad corpus reuocabat. D. Chrysofotomus, D. Cyrillus, Theophylactus, Ammonius, D. Ambrosius lib. de fide resurrecti. ait: Propter id, quod scriptum erat, in nouissima tuba resurgens incorrupti. Vnde ait Theophylactus: Magna vox Saluatoris, symbolum est magna tuba, que sonabit in communi resurrectione. Deinde, quia Lazarus quatruiduanus peccatorem in culpa inueteratum representabat; inde ad eius resurrectionem voce magna clamat. D. August. tr. 49. in Ioan. Ad Lazarum fremit, ait, lachrymans est, voce magna clamauit: quam difficile surgit, quem moles mala consuetudinis premit. Et vt notat N. D. Cyrillus, non obsecrando, sed iubendo, vt verus Deus morti, & naturæ imperans, ait: Lazare veni foras. Et vocat eum nomine proprio; proximè citatus D. Ambrosius: Ne alius resuscitatus præ alio videretur. D. Thomas ait: Ideo ex proprio nomine vocat, quia tanta erat virtus vocis eius, quod omnes pariter mortui cogerebantur exire, nisi ipse per expressionem nominis virtutem suam ad vnum determinasset. Et tanquam cum viuo loquitur, omnes etiam mortui Deo viuunt, vt notantur D. Chrysofotomus, Euthymius, Theophylactus, Albertus Magn. & alij.

August.

Cyrrill.

D. Thom.

191.

Basil.

Euthym. Theophyl. Yatabl.

Chrysof. Cyrill. Leon.

Caetan.

QVÆSTIO XXII.

Quare non dicit Christus, Lazare surge, vel exi foras in nomine Patris mei, cum pro ipso ad Patrem orauerit?

192.

Chrysol.

NOTANDVM est in limine quæstionis, Dominum tres mortuos suscitasse, & quemlibet cum sua peculiari ratione, vt aduertit D. Chrysologus serm. 63. Suscitauerat, ait, Dominus filiam Iari principis Synagoga, sed adhuc sumere calente, adhuc mediante morte, corpore adhuc tepente: suscitauit, & unicum Matris, sed sicut retineret feretrum, vt anticiparet sepulchrum. Circa Lazarum, quod geritur totum singularare: cuius mors, cuius resurrectio commu-

ne nil habet cum predictis. Tres sunt mortui, quibus donata est vita, in vnoquoque tamen, quædam est peculiaris ætimationis ratio. Puella suscitatur citissimè, & intra domum; Marc. 5. n. 39 Vnicum matris à faucibus mortis eripit Dominus non rogatus, Luc. 7. n. 15. Lazarus verò iam quatruiduanus è sepulchro euocatur; & si beneficium concessæ vitæ exiit, commune tamen vnumquodque suam singularitatis habuit notam, vt ex ipsa singularitate indulgentia elargita esset æstimabilior, & quilibet ex ea præ cæteris se dilectum conuiceret. Ad quæstionem

Respondet primò, D. Basil. Seleuc. orat. 42. Cur non dicit, ait, in nomine Patris mei, prodi foras? Cur non dixit: Pater eum vitæ restituere? Sed his ommissis omnibus in speciem precantis composuit, rebus ipsi auctoritatem manifestat? Hoc eius sapientia est verbis demissionem animi, factis potestatem demonstrare. Quod etiam antea docuit D. Chrysof. homil. 63. Lazare veni foras. Hoc sapientia sua est, per verba quidem condescensionem, per res verò ostendere potestatem. Suscitatur Dominus Lazarum, ad Patrem sic orat dicens: Pater gratias ago tibi, quia audisti me. At verò cum ad sepulchrum accessit alta voce clamat: Lazare veni foras. Cur cum eum resuscitat, nomen Patris prætermittit? Cur non ait, veni foras in nomine Patris mei? Si in oratione Patrem nominat, cur in opere ipsum non pronunciat? Hoc eius sapientia est, verbis demissionem animi, factis potestatem demonstrare. Hac est infinita Christi Domini sapientia, quod in verbis demissionem, cum forma precantis, sequè subiectum Patri ostendit: Pater gratias ago tibi, cum ad opus deuenitur, maiestatem, & potestatem declarat, vt nõ ostendatur subiectus, sed vt Deus consubstantialis Patri, æqualisque ei potestatis. Lazare veni foras.

O grandis principibus, ac magistratibus eruditio, vt in verbis condescensionem sonent, in facto verò, & opere potentiam, & maiestatem. In Catalogo illusterrimorum virorum David scribitur 2. Reg. 23. n. 8. David quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno. Si ipse dicitur paruulus, ac tener, vt ligni vermiculus, quomodo describitur, tam excellens fortitudine, vt octingentos interfecit impetu vno? Card. Hugo: David, ait, describitur qualis debet esse, qui eligitur in prelatum, fortis in operibus, conspicuus in moribus. Et post aliqua subdit: Humilis in sermone. David in verbis demissionem proferebat, dicebat de se: Ego sum vermis, & non homo, Psalm. 21. At in operibus tantam excellentiã habebat, vt fortior esset leone, & visu, Leonem, & visum interfecit, 1. Reg. 17. n. 36. & octingentos vno impetu prostrauit.

Iacob cum luctaretur cum Angelo. Inualuit ad eum, Osee 12. n. 4. Et tamen cum victor existeret benedictionem ab Angelo petit, quo se illi inferiorè declarat; superioris est enim benedictionem impendere; verbis demissionem ostendebat Iacob, luctaminis verò ope potestatem, ac maiestatem, vt ponderaui hoc cap. q. 16. n. 146.

QVÆSTIO XXIII.

Quare Dominus non dixit: Surge Lazare, sed veni foras?

NOTANDVM est in exordio huius quæstionis, quod docet D. Augustinus tract. 49. in Ioannem: Quod inter omnia miracula, ait, que

Marc. 5. Beneficium commune ex singularitate æstimabilius. Luc. 7.

193. Basil.

Chrysof.

In verbis ostendit Dominus demissionem, in factis potestatem.

194. 2. Reg. 24.

Hugo.

Psalm. 21.

1. Reg. 17.

195. Osee 12.

196.

August.

In extremo vita maiora opera faciat homo.

197. Ex modestia absconditur magnitudo. Basil. Seleuc.

Vt quis in vita reformetur, multum prodest, quod illius opinio conseruetur.

198. Richar.

Exeat quis à peccati occasione.

199. Gregor.

Per confessionem reuiuiscit anima.

Ambros.

200. Genes. 3.

Promouatur homo ad confessionem, vt reuiuiscat.

Chrysof.

Dominus fecit, Lazari resurrectio præcipue predicatur; vt etiam dixi in exordio huius capituli ex D. Chryologo, ac alijs Patribus. Quo enim magis morti appropinquabat Dominus, eo maiora eadebat signa, ne aliquis eius mortem humanæ infirmitati tribueret; vt etiam omnes suo exemplo instrueret, quo magis morti viciniore essent, eo excellentiora virtutum monumenta ederent.

Respondet primò. Non ait Dominus modestiæ causa surge à mortuis, non enim vult ipse miraculum voce sua publicare, sed ordinat, vt alij surgentem Lazarum viderent, tantique signi sint testes, illudque vbique publicent, ac diuulgent. Vide in Indice verb. Lams. Secundò. D. Basilus Seleucus orat. 42. Non dixit, ait, surge, sed veni foras, ita cum mortuo differens, ac si viveret. Lazarum à mortuis Christus excitat, prius ergo infundenda erat vita Lazaro, & postea videbatur ei dicendum, veni foras; nam egredi foras, præhabita vitæ est actio. Magna Christi sapientia surgere mortuum imperat, foras proflire iubet, & tanquam viuentem alloquitur; vt mortuum quatruiduanum reformet ad vitam, non voce mortis indice, sed vitæ vtitur. Vt doceat, quod vt aliquis deiectus in vitis reformetur, ac parturiatur in vitam, non agendum est cum eo, vt cum sepulto, sed veluti cum viuo; nam sæpe opinio boni nominis valde efficax est ad propullandam mortis iacturam, & ad recuperandum bonum amissum, ne bona ipsa opinio amittatur, sed vt proficiat, & retineatur.

Tertiò. Richardus lib. de potestate cap. 7. Quid est autem, ait, resuscitatum inde, vbi mortuus iacebat, exire, nisi peccatum suum penitus, & in perpetuum deserere. Dominus Lazarum reuocat in vitam, eum mandat foras exire, nunquid ipse viuus non poterat manere in sepulchro? Ad quid dicitur, quod foras exeat? Præfiguratur in Lazaro resurrectio peccator ad vitam, ex stat u nempe culpæ ad gratiam, ideo Lazaro, vt resurgat, dicitur quod exat foras à sepulchro nequitia, ab occasione laquei, & ruinæ; nam in illa perseverans viuere non valet.

Quartò. D. Gregorius homil. 26. in Euangel. Lazaro dicitur, ait, veni foras: ac si aperit culibet mortuo in culpa diceretur: cur reatum tuum intra conscientiam abscondis? Foras iam per confessionem egredere, quia apud te interius per negationem lateas. Veniat itaque foras mortuus, id est culpam consueatur peccator. Depingitur in Lazaro reuiuiscencia hominis peccatoris ad gratiam, qui vt actiones vitæ spiritualis reassumat, necesse est, vt foras exeat per confessionem, vt iustificatus in via salutis incedat. Quod etiam docet D. Ambrosius lib. 2. de Penitentia, cap. 7. Veni foras, ait, hoc est, qui iaces in tenebris conscientia, & delictorum tuorum sordibus exi foras, delictum proprium prode, vt iustificeris.

Post primorum parentum peccatum; quærit Deus à muliere. Quare hoc fecisti? Quæ respondit: serpens decepit me, & comedi, Genes. 3. num. 13. Optimus Deus sciebat illusam fuisse mulierem à serpente, & etiam non solum, quod ipsa comederit, sed etiam ad comedendum dedisset viro suo. Cur ergo Dominus eam interrogat? Interrogat non ignorans, sed vt ad confessionem inducens. D. Chrysofotomus homil. 16. Hoc, ait, non ignorans interrogabat Dominus, sed conscius, & valde conscius, vt suam declararet misericordiam, & ad illosylueira in Euang. Tom. IV.

run se infirmitatem demittit, & ad peccatorum confessionem prouocat. Et ideo etiam Deus quærit à Caino, Vbi est Abel frater tuus? Genes. 4. num. 9. Non ignorabat Deus Abelem à Caino obruncatum esse, sed quærit, vt reus habeat occasionem, inde suum delictum confitendi, ac veniam impetrandi, & ideo Deus interrogat. Tertullianus lib. 2. in Marc. cap. 25. Vt daret, ait, locum sponte confitendi delicti, & eo nomine releuandi. Vide in Indice, verb. Confessio.

Genes. 4.

Tertull.

QVÆSTIO XXIV.

Quare Christus mortuum Lazarum suscitans, illius simul vincula non dissoluit?

Ratio communis est D. August. D. Chrysof. Leontij, Euthym. Theophylact. Albert. Magn. D. Bonauent. & aliorum, vt Iudæi viderent, & agnoscerent eundem Lazarum suscitatum, qui paulo ante vt mortuus ab ipsis fuerat linteaminibus, fasciis, ac sudario obuolutus, & ita certo scirent non esse phantasma, vel alium virum in monumento suppositum, deinde ad alias rationes morales veniamus.

201.

August. Chrysof. Leont.

Respondet primò Rupertus lib. 13. de victoria verbi Dei, cap. 18. Opportune, ait, Euangelista hoc prescripsit, quia videlicet consequitur in illius vocantis voce vim facillimam existisse, qua illum pariter, & viuificauit, & de monumento expulsi, qui cum esset ligatus pedes, & manus inuictis, nec manibus præsumere potuit. Quod etiam docet Theodoretus de Providentia Dei, serm. 10. Ligatus venit Lazarus, vt appareat efficacia diuinæ vocis vocantis, cum enim Deus vocat, nullum est impedimentum, à quo possit homo retardari, etiam si ligatus sit manibus, & pedibus, iter ager, & viam facile præcurreret contempta omni difficultate.

202.

Rupert.

Theodor.

Vbi Deus vocat, omnis difficultas vincitur.

Secundò. D. Chrysologus serm. 75. Tartarus, ait, ligatus manibus, & pedibus Lazarum retulit ad superna: nam si de Moysi corpore diabolus Angelo contraxisset: quomodo non Tartarus Christo de vita & resurrectione Lazari contradiceret? Euomit infernus Lazarum viuum, sed tamen vinculis ligatum; cum Lazarus rediquius venit, triumphat Iesus de morte; cum verò vinculis astrictus redditur, contradictio, & repugnantia declaratur, quam infernus aduersus Iesum opponebat, reddebat ipsum ligatum, & non solum; cum autem hic ageretur res de triumpho, & victoria, statim conueniens fuit, vt contradictio, ac repugnantia appareat, vt ex ipsa contrarietate victoria esset gloriosior. Quomodo non Tartarus Christo de vita, & resurrectione Lazari contradiceret. Deinde ponderat, quod ait: Tartarus ligatus manibus, & pedibus Lazarum retulit. Vt Lazarus veniret ad Christum mittitur ligatus manibus, & pedibus fasciis mortis, sepulchri, ac aduersitatis; nam si homo videt se ab his solum, & prosperitate exaltatum à Deo exulat, & fugit. Vide multa, verb. Prosperitas, seu Labor.

203.

Chrysol.

Vbi victoria, ibi contradictio.

Pressura ducit ad Christum, à qua prosperitas auertit.

Tertiò. D. Basilus Seleucus orat. 35. Exilicbat, ait, quatruiduanus mortuus lethi signa circumferens, & exuta morte sepulchralem ornatum non exuerat, sed erat in iustis, velut è sepulchro parius, & post partionem fasciatus. Vox Christi, quæ potuit Lazarum ad vitam euocare, potuit eum & à linteaminibus soluere. Cur ordinatur, vt resurgens ligatus

204.

Basil.



gatus maneret? voluit, vt in eo manerent signa, per quæ mors ante oculos obuerfaretur; Dei erat mortem ab amico tollere, sed non erat Dei, illa ab eo amouere, quæ ad recodationem mortis inferuebant. Pondera id, quod subdit sanctus Pater: Velut à sepulchro paruis, & post partitionem fasciatus, Infantes recenter nati fasciis ligantur, vt eorum membra in vitam firmentur, sic voluit Deus, vt mortis figuram in ligaminibus Lazarus reduceret, quibus securè, ac validè in vitam spirituale firmaretur.

205. August.

Quartò. D. Augustinus lib. 83. quæstion. q. 65. Vltimum, ait, quatuor elementorum terra est. Significat ergo factorem terrenorum peccatorum, id est carnalium. Quod autem exiuit à monumento, animam significat recedentem à carnalibus deliciis: quod vero institit inuolutus, hoc est, quod etiam à carnalibus recedentes, adhuc tamen in corpore constituti, alieni à carnalibus molestiis esse non possunt. Exiit Lazarus à monumento, à terreno loco, in quo terrenæ, ac carnales deliciae significantur, venit tamen ligatus; nam recedentes à carnalibus deliciis, etiam carnalibus molestiis, ac pressuris constringuntur, ac opprimuntur. Ex quo patet discrimen inter Iesum, & Lazarum. Nam Iesus fugit à monumento relictis fasciis; nam Petrus vidit linteamina posita, & sudarium, Ioan. 20. n. 6. At verò Lazarus illa secum defert ex monumento. Solus enim Iesus exiuit à sepulchro liber ab omni molestia, & pressura; Lazarus verò cum ingrederetur in hunc mundum, multis inuolutus, & circumdatus.

Relinquentes delicias carnales, molestijs constringuntur.

Ioan. 20.

Quintò. D. Chrysostomus serm. de Lazaro: Lazarus, ait, exiuit de sepulchro cum linteamini- bus, ne mors tarda in somibus Dei notaretur; si vel breuissimum tempus in soluendis linteamini- bus sumeret. Egreditur Lazarus religatus nexibus, & vinculis; vt promptior ad imperantis vocem festinaret: nec breuissimam illam moram interponeret, qua suis se nodis expediret, & in sepulchro aliquantulum cunctaretur. Sic etiam mortui ad obediendum Deo festinant, vide quanta diligentia nos viuentes debemus esse prompti ad eius mandata.

206. Chrysof.

Sextò. D. Ambrosius lib. de fide Resurrect. Comprehende, ait, si potes, quemadmodum clausis oculis iter carpat, vinctus pedibus gradum dirigat: virtute enim diuina præceptionis operante, natura suam non requirebat officium, non iam suo ordini; sed diuino nutu seruiebat: agebatur prius, quam parabatur incessus. Vocat diuina vox Lazarum, & ipse venit clausis oculis, seu coopertis oculis sudario, sic veri obediens, cum parant diuinis mandatis oculos obuelant, vt discutiunt, & perpendant diuinum mandatum. Super solium diuinæ maiestatis stabant Seraphim, sex ala vni, & sex ala alteri, & duabus velabant facies suas, vt vertit Chaldaus, Forerius, Vatablus, Sanchez, D. Chrysostomus homil. 4. in hanc visionem. Et duabus volabant, Isai. 6. num. 2. Seraphim veros Dei seruos, ac ministros significant, & adumbrant, vt docent D. Cyrillus, Hugo. Hi alis expansis volant ad exequenda celeriter diuina mandata, at faciem & oculos suos velant; non enim audent perferuari, ac inquirere ipsas diuinas iussiones, sed tantum imperata facere. Nam vt ait D. Gregorius in lib. 1. Regum, cap. 3. ad illa verba, num. 5. Non vocauit te, sic ait sanctus Doctor: Vera namque obedientia, nec preceptorum intentionem discit, nec precepta discernit: ne-

Sine mora diuina mandata exequenda.

207. Ambros.

scit enim iudicare, quisquis perfectè didicerit obedire.

Obediens non iudicat, nec discit mandatum.

Chald. Forerius. Vatabl. Sanchez. Chrysof. Isai 6. Cyrill. Hugo.

Gregor.

Hinc maximè laudandus Philippus Diaconus, cui ait Angelus: Surge, vade contra meridianum, Actorum 8. num. 26. Vbi Angelus nec ei proponit, nec explicat terminum, causam, ac modum itineris, & tamen ipse, vt subditur in textu: Surgens abiit. Cum omnia ei sint abscondita, & occultata, ipse tamen sic pergit, & vadit perfectè obediens non discutit causas, sed solum intentat imperata facere. Carthusianus ibi: Promptè obediens, ait, nec causam iussionis inquirens. Quo informamur, vt subditi superioribus, sine superflua inquisitione statim obediant. Vide supra cap. 24. num. 106.

208. Act. 8.

Carthuf.

QVÆSTIO XXV.

Quare Christus non soluit per se ipsum Lazarum, sed mandat ministris illum soluere?

RATIO literalis est, quam dixi in expositione ex D. Chysostom. Vt ipsi Ministri manibus tangerent, ac palparent miraculum factum. Secundò & moraliter D. Eligius homil. 11. in Cœna Domini. Ecce, ait, illum iam viuentem discipuli solunt, quem Magister resuscitauerat mortuum. Si enim discipuli Lazarum mortuum soluerent, factorem magis ostenderent, quam virtutem. Ex qua consideratione intuemus, quod nos debemus per Pastoralem auctoritatem eos soluere, quos agnoscimus Auctorem nostrum per resuscitantem gratiam viuificare: que nimirum viuificatio ante operationem reclinidivus in ipsa iam cognoscitur confessione peccati. Mandat Dominus vt discipuli soluant Lazarum, non mortuum, sed viuum. Si enim discipuli Lazarum mortuum soluerent, factorem magis ostenderent, quam virtutem. Cum valde procliuus sint homines ad aliorum defectus detegendos. Soluant ergo viuum, vt eius vitam dicant, & publicent. Deinde mandat vt discipuli soluant; nos debemus per pastora-

209. Eligius.

Homines solum sciunt defectus manifestare.

210. Rupert.

Miraculum non est requirendum, vbi humana industria est negotiatrix.

211. D. Thom.

lem auctoritatem eos soluere, &c. Quem enim Christus per suam gratiam mediante contritione suscitatur, debet ipse per sacramentalem confessionem à sacerdotibus solui. Secundò. Rupertus hoc loco: Tollite lapidem, & nunc soluite eum, & sinite abire. Ait: Decet namque, vt in his tantum fortitudinem suam viriliter exhibeat, in quibus operari humana non valet infirmitas. Hoc seruis quoque eius prudenter, & discretè obseruandum est, vt ibi tantum diuinam prestolentur potentiam, vbi humanam constat deficere industriam: alioquin contra illud facere videbuntur præceptum: Non tentabis Dominum Deum tuum. Dominus vincula mortis soluit à Lazaro, non tamen soluit funeris linteamina, vt moneat, quod ea, quæ possunt fieri viribus humanis à diuina Omnipotentia temerè non esse expectanda, nec miracula requirenda, vbi humana industria valet esse negotiatrix. Vide cap. 31. num. 14. 15. & 16.

Tertiò. D. Thomas: Mortuus autem, ait, procedens Lazarus adhuc ligatus est consistens adhuc reus, vt autem soluantur peccata eius ministris mandatur, vt soluant eum, & sinant abire: nam quem Christus per se ipsum interius viuificat, discipuli sol-

QVÆSTIO XXVI.

Quare Dominus mandat Lazarum abire, & quò abiit; & alia circa eum expendo.

AD vocem Domini resurrexit Lazarus. 213. Vbi extitit anima Lazari. D. Thom. Sap. 2. Potest primò quæri, vbi fuit eius anima, antequam in vitam reuocaretur. Respondet D. Thomas Ioan. 12. ad illa verba: Cognouit ergo turba. Fuisse apud inferos, id est in limbo Patrum. Stulti enim dicunt Sapient. 2. Non est agnitus quasi reuersus ab inferis. Ecce Lazarus ab inferis rediit, &c.

Matth. 18.

Ministri non sunt impediendi in munere commisso.

211. 3. Reg. 17.

Chrysof.

Nyssen.

Deu custodit illam iurisdictionem Elia delegatam.

Chrysof.

num, quia ministerio sacerdotum viuificari absoluuntur. Quodcumque ligaueris super terram, Matth. 16. Agebat Lazarus figuram hominis peccatoris Dei auxilio operante per contritionem rediuium spiritum gratiæ resumentem, qui in foro Ecclesiæ, ac iudicio sacramentali, tanquam religatus reputatur, vt cum conueniens tempus adfuerit, à peccatorum vinculis à sacerdotibus absoluatur. Cùm ergo coram Domino in Lazaro adstaret figura hominis peccatoris, valde cautè se habet Dominus in miraculo operando, ne videatur se intromittere in officio suis ministris delegato. Spiritum viuificum gratiæ dare hoc solum spectat ad Dei omnipotentiam; ipsum verò peccatorem exterius, ac in facie Ecclesiæ absoluere, hoc Petro, & cæteris Apostolis iam est commissum. Quocumque solueris super terram, erunt soluta & in cælis, Matth. 18. num. 18. Ne ergo videretur Deus iurisdictionem semel delegatam resumere, ac suos ministros ab ea excludere, ideo quod ibi resoluauerat, ipse per se exhibet; quod autem Ministris erat concessum, hoc totum integrum, ac intactum eis remittit, ac relinquit. Hoc iam dixi in probatione cuiusdam thesisi tom. 3. cap. 18. q. 1. n. 12. Quod hic tanquam in proprio loco fuit repetendum.

Dixit Elias Thesbytes de habitatoribus Galaad ad Achab: Vinit Dominus Israel, in cuius conspectu, si erit annis his ros, & pluuia, nisi iuxta oris mei verba, 3. Regum 17. num. 1. Cum ergo penuria aquæ totus fame tabesceret orbis, multis intendit Deus inducere animum Eliæ vt deprecaretur pro immitendo imbre. Nam cum apud torrentem Carith latitaret, coram defetebant panes, vt à coruis qui natura sua sunt immisericordes in pullos suos, induceretur ad pietatem, vt ponderat D. Chrysostomus serm. de Elia. Deinde: Post dies autem siccatu est torrentis, non enim pluerat super terram, citato loco num. 7. pro prælenti instituto sic ponderat D. Gregorius Nyssenus epistol. ad Theodof. Episcopum: Necessitas incumberebat, vt pluuia postularet Prophetæ, ne torrentis aqua deflueretur. Tandem ait Deus: Surge vade in Sarepta Sidonorum, & manebis ibi: præcepti mulieri vidua, vt pascat te, ibidem num. 8. Quorum Prophetæ ad mulierem Ethnicam mittitur. Nam gentilis scemina consuetudo abominabilis erat apud Iudæos? Citatus Chrysostomus: Quo maxime audiret gentilis nomen ab alimento ab ea sumendo abhorreret, & sic Deum pro infundendo imbre imploraret. Ad quid Deus tantis agit ad leniendum rigorem Eliæ? Ipse enim est Dominus elementorum, in cuius potestate est fertili imbre terram fecundare. Clauem cælorum deposuit Deus apud Prophetam, vt ad pluiam clauderet, vel reseraret cælum, vt ait D. Chrysostomus citatus: Lingua Prophetæ cali habenas moderabatur. Quamuis ergo Deus tot calamitatum dolore esset pulsatus, tamen ne clauem commissam Prophetæ resumere, aut se in illa intromittere videatur; ideo inuito illo nubes non vult dissolueri, vt illam iurisdictionem creditam illi custodiat, dans in his cunctis principibus exemplum. Vide supra cap. 8. num. 174. & tom. 1. lib. 1. cap. 5. num. 16. lib. 2. cap. 7. num. 6. tom. 2. cap. 1. num. 118. cap. 2. n. 5. cap. 26. num. 6.

Secundò; ait Dominus: Soluite, & sinite abire. Vt fieret euidentis Lazari resurrectio. Sinite abire, ait, quod scilicet vellet; nam Lazarus cum esset ligatus non poterat ambulare, soluite ergo, ait Dominus, sepulchralia vincula, vt ambulare possit pro libito. Tertiò. Solutus Lazarus magnas gratias egit Christo pro tanto beneficio, etiam si id sileat Euangelista; fortè, quia pro tanto dono nulla erant sufficientia verba, & quia suam gratitudinem Lazarus declarauit, non verbis, sed operibus, nam vitam, quam à Christo accepit, eidem dedicauit: factus eius discipulus, prædicator, ac Episcopus Massiliensis, vnde in Catalogo Sanctorum est relatus, vt legitur in Martyrolog. Rom. die 17. Decembris.

Quartò. Quo abiit? Ad domum suam se contulisse, inquit Nonnus: Domum secundo venit consueto pede; fortè per aliquos dies Christo adhæsit, & à morte didicit ab hominum consortio fugere, vt leues etiam culpas euitaret. D. Chrysostomus homil. 63. ait: Intuere, quod nullam gloriam expectat, non ducit eum: non iubet secum esse, vt rem ostendet factò miraculo. D. Bonauent. Non ait Dominus, sinite mecum ambulare, vt monstraretur. Mandat Lazarum abire, & eum secum non retinuit, ne suarum laudum præconem secum ad suam iactantiam circumferre videretur.

Sylueira in Euang. Tom. IV.

Quintò. Non dat Dominus aliquod salutis monitum Lazaro, vt sepe faciebat aliis, quos sanauerat, vt Paralytico Piscinæ: Noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat, Ioan. 5. num. 14. Ipsa enim mors optimus erat magister, ipsumque sepulchrum magna eruditionis schola. Pro quo in Indice multa vide verb. Mors.

Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam, & Martham, & viderant, quæ fecit Iesus, crediderunt in eum. Quidam autem ex ipsis abierunt ad Phariseos, & dixerunt eis, quæ fecit Iesus

Multi ergo ex Iudæis venientes ad Mariam, & Martham, spectantes quæcumque fecit Iesus, crediderunt in eum.

Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam, & Martham, & viderant, quæ fecit Iesus, crediderunt in eum.

Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam, & Martham, & viderant, quæ fecit Iesus, crediderunt in eum.

Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam, & Martham, & viderant, quæ fecit Iesus, crediderunt in eum.

Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam, & Martham, & viderant, quæ fecit Iesus, crediderunt in eum.

Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam, & Martham, & viderant, quæ fecit Iesus, crediderunt in eum.

Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam, & Martham, & viderant, quæ fecit Iesus, crediderunt in eum.

Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam, & Martham, & viderant, quæ fecit Iesus, crediderunt in eum.

Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam, & Martham, & viderant, quæ fecit Iesus, crediderunt in eum.

Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam, & Martham, & viderant, quæ fecit Iesus, crediderunt in eum.

Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam, & Martham, & viderant, quæ fecit Iesus, crediderunt in eum.

Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam, & Martham, & viderant, quæ fecit Iesus, crediderunt in eum.